# ‹LIBER PRIMVS›

***STVWY*** INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI PRIMI.

I. De vita sacerdotum, qualis sit.

II. De doctrina et exemplis sacerdotum.

III. De exemplis pravorum sacerdotum.

IIII. De sacerdotibus qui verbo vel exemplo subiectos destruunt.

V. De sacerdotibus qui bene docent et male vivunt.

VI. Quod nihil prosit sacerdoti, etiamsi bene vivat, si male viventes tacendo non contradicit.

VII. Qualis esse debet discretio in predicatione doctoris.

VIII. Quantus esse debet ordo atque consideratio predicationis in ore doctoris.

VIIII. De doctrina et eruditione sacerdotis.

X. Qualiter sacerdos aliquando mala proximi taceat vel dicat.

XI. Quanta esse debet diversitas in sermone predicationis.

XII. Qualis esse debet discretio in confessione peccatorum.

XIII. Qui vult confiteri peccata sua, si omnibus debet confiteri et quibuslibet aut certis quibusque.

XIIII. Si oportet gesta tur‹p›ia vel obscena confitentem inverecundius enuntiare omnibus aut certis quibusque vel quibus illis.

XV. Vt nullus ‹sacerdoti› ac confessori suo malas cogitationes suas occultet, sed mox ut orte fuerint confiteatur.

XVI. Qualem debent habere sacerdotes discretionem in iudicio poenitentiae.

XVII. Qualis esse debet sollicitudo circa poenitentes.

‹XVIII›. Poenitentem ex corde quomodo oportet suscipi.

‹XVIIII›. Erga eum qui pro peccato non poenitet quales esse debemus.

---

**1** LIBER PRIMVS *supplevi* **Capitulatio,3** sacerdotum] sacerdo $T^{a.c.}$ **6** IIII – **7** vivunt *tr.* $W^{a.c.}$ | verbo *om. W* **8** nihil] nullus *Y* | viventes] viventis *(vid.)* $W^{a.c.}$ **10** esse debet *tr. Y* **11** esse debet *tr. WY* **13** eruditione] eruditiane $S^{a.c.}$ **15** debet diversitas *tr. V* **16** esse debet *tr. Y* **18** aut – quibusque *om. V* | certis] ceteris *W*, ceteri *Y* **19** oportet] oporta *V* | turpia] turbia *S* | inverecundius] inverecundus *Y* **20** certis] ceteris *W*, certe *T* | vel – illis *om. W* | illis *om. V* **21** sacerdoti *om. S* | ac *om. V* **22** sed – confiteatur *om. W* | confiteatur] illis *add. V* **25** esse debet *tr. WY* **26** XVIII *om. S* **27** XVIIII *om. S* | pro *om. V* | peccato] peccatum $Y^{p.c.}$

EXPLICIVNT CAPITVLA LI‹B›RI PRIMI.

***STVWY*** INCIPIT LIBER PRIMVS.

‹I›. DE VITA SACERDOTVM, QVALIS SIT.

Gregorivs Nazzanzenvs

Sacerdos qui erudiendis atque instituendis ad virtutem populis praeest, omnibus bonis actibus praeditus esse debet. Cui, omni opere peccati post tergum relicto, proficere in optimis convenit, ita ut possit profectus sui exemplo invitare et inlicere ceteros ad virtutem, precipue per humilitatis a domino nobis traditam formam. Neque satis est malum non esse eum cui docendi summa committitur, quod utique culpabile et dedecorosum est etiam in his quae docentur, sed oportet eum [in] bonis sanctisque operibus esse repletum, secundum mandatum illud quod dicit: *Declina a malo et fac bonum*. Nec sufficit de anima indignas abicere cogitationes et malarum rerum formas abolere, sed et prestantiores diviniores que inserere atque conscribere. Quia eius debitum constat officium mores corrigere, vitia purgare, emendare vitas et propositum ad meliora convertere, et animas a languoribus vitiorum curare vel a maculis peccatorum purgare sanasque conservare, et infirmas ad veram reducere sanitatem.

*Ps (LXX) 36:27*

---

**28** LIBRI] LIPRI *S* | LIBRI PRIMI *om. Y* **I,1** PRIMVS] I *Y* **2** I *om. STY* | QVALIS SIT *om. Y* **3** Greg Nazz *S*, Gg Nz *W*, Gregorii *V*, Gg *Y*, *om. T* | instituendis] instruendis *V* **4** post tergum] postergum *WY* **5** optimis] omnibus *V* **6** inlicere] inlucere *Y* **7** Neque] *eque $Y^{a.c.}$ **8** culpabile] culpapile *W* **9** quae] qui $T^{p.c.}$*Y* | in$^2$ *S*, *om. codd. cett.* **11** et$^2$ *om. Y* **12** formas] in *praem. Y* **13** conscribere] con***scribere *T* | eius] et *Y* **14** purgare] pugnare *Y* **15** convertere] convertare $T^{a.c.}$ | languoribus] langoribus *TY* **16** conservare] servare *T*

---

**I,2** DE…SIT] *unidentified* **3** Sacerdos…4 debet] *Greg.Nazianz.–Rvfinvs Apologeticus 14 (ed. Engelbrecht, 16, lines 16–20), abbrev., final part adapted* **4** Cui…7 formam] *Greg.Nazianz.–Rvfinvs Apologeticus 15 (ed. Engelbrecht, p. 17 line 22–p. 18 line 3)* **7** Neque…13 conscribere] *Greg.Nazianz.–Rvfinvs Apologeticus 14 (ed. Engelbrecht, 16, lines 17–24),* in bonis ... esse repletum *adapted* **13** Quia…15 convertere] *Greg.Nazianz.–Rvfinvs Apologeticus 18 (ed. Engelbrecht, 20, lines 12–14), first part adapted* **15** et…16 purgare] *Greg.Nazianz.–Rvfinvs Apologeticus 21 (ed. Engelbrecht, 22, lines 24–25), rearranged* **16** sanasque…sanitatem] *unidentified*

---

**I,3** Sacerdos] Tum deinde quod, etiamsi seipsum aliquis a totius peccati contaminatione custodiat, ne hoc quidem sufficere aestimo huic *fons* | praeest] Neque enim satis est malum non esse eum cui docendi summa committitur—quod utique culpabile et dedecorosum est etiam in his qui docentur—sed oportet eum etiam *(verba infra laudata) add. fons* **4** actibus… debet] esse actibus *(tr. Cv)* praeditum *fons* | Cui] Huic vero qui aliis praeest *fons* **7** Neque] enim *add. fons* **9** quae] qui *fons* | in$^2$…10 repletum] etiam omnibus bonis esse actibus praeditum *(verba supra laudata) fons* **13** Quia…officium] Quae omnia quamuis cum magno labore peraguntur, nihil tamen in his tale geritur, quale est *fons* **15** et…16 purgare] vel curare animas a languoribus vitiorum vel purgare a maculis peccatorum *fons*

Isidorvs Oportet eum ut tanta humilitate clarescat, quanto plus ceteris culmine gradus sui choruscat. Abstineat etiam se a furore et a detractione, indecenter quoque vel notabiliter non incedat. A turpibus verbis vel otiosis linguam avertat atque indesinenter cor mundum labiaque exhibeat. Affectus quoque animi turpes ab intentione cogitationis abstergat, seque per conpunctionem cordis in studio sanctae meditationis exerceat. Torporem somni atque pigritiae fugiat, vigiliisque et orationibus sine intermissione intendat. Gulae concupiscentiam deprimat, atque abstinentiae virtutibus semetipsum pro studio domand‹a›rum libidinum affligat. Domans ieiuniis carnem quantum valitudo corporis ‹sinit›, livorem et invidiam, iracundiam ac perturbationem, superbiam, vanam gloriam, atque avaritiam procul a se abiciat.

‹Frvctvosvs› Vini nimiam perceptionem respuat; luxoriam libidinemque fortiter aborreat. Cuiusque tanta debet sermonis et vitae consonantia esse, ut id quod docet verbis confirmet operibus sedulis. Et bis acuto precedens gladio quicquid alios informat verbo, iugi ipse ‹ger›at studio, ut nec sermonem operatio destruat nec contra operationem bonam sermo inconveniens frangat.

Basilivs Oportet ergo eum doctum esse veteris novique testamenti doctrina, ut omnibus pro remedio poenitentiae salubrique consilio ad se concurrentibus de sacro scripturarum fonte pocula salutifera valeat

---

**18** Isīd *ST*, *om. codd. cett.* | Oportet] autem *add. Y* | ut *om.* $Y^{a.c.}$ **19** gradus] gradu *W* | a$^{2}$ *om. W* **20** turpibus] turpis $T^{a.c.}$ **21** linguam] linquam *W* **22** cogitationis] cogitationes $S^{a.c.}$ | seque] semperque *W* **26** abstinentiae] abstinentia $V^{a.c.}$ | domandarum] domandorum *STW* **27** ieiuniis] ieiunii *Y* | sinit *om. S* **30** Frv̄ctvo *V*, Frv̄ct *SY*, *om. codd. cett.; haec inscr. alibi (scil. supra, ad* Domans*) ponitur in S* | luxoriam *om. T* **31** aborreat] abhorreat $T^{p.c.}$ | ut] aut $Y^{a.c.}$ **32** confirmet *om. Y* | precedens] praecidens $T^{p.c.}$ **33** gerat] regat *S* | ut] eius *Y* **34** operatio destruat *tr. Y* | contra *om.* $T^{p.c.}$, econtra *VY* **36** Basił *S*, *om. codd. cett.* | ut] eius *Y* **37** consilio] conscilio *Y* | ad se] adesse $S^{a.c.}$

---

**18** Oportet…29 abiciat] *Ben.An. Concordia reg. 7.10.4–16 (ed. Bonnerue, 101–02, lines 168–89); Ben.An. Codex reg., Isid. 3 (eds Holste–Brockie, 189), partial; Isidore Regula 3 (ed. Campos Ruiz, 93–4, lines 53–70): abbrev., final part adapted* **30** Vini…35 frangat] *Smaragdvs, Exp. in Ben.Reg. 64.2 (eds Spannagel–Engelbert, 313, lines 12–21); Ben.An. Concordia reg. 4.2.5–12 (ed. Bonnerue, 53, lines 51–63); Ben.An. Codex reg., Fruct. 20 (eds Holste–Brockie, 206), partial; Frvctvosvs Regula 19 (ed. Campos Ruiz, 158, lines 373–83): abbrev.,* luxoriam ... aborreat *adapted* **36** Oportet…39 ministrare] *unidentified*

---

**18** Oportet…ut] Nemo ceteris se *(*sese *Concordia reg.)* iudicet meliorem, sed inferiorem se *(om. Concordia reg.)* omnibus deputans *fons* | quanto] quantum *Isidore* **19** gradus sui] virtutum *fons* | se *non praebet fons* **24** pigritiae] pigritiam *Isidore* **25** concupiscentiam] concupiscentiae *Isidore* | atque] et *Isidore* **26** domandarum] dominandarum *Isidore* **27** Domans ieiuniis] domet ieiunio *Isidore* | carnem] suam *add. Isidore* **28** livorem…29 abiciat] *multum differt fons* **30** nimiam] nimis *(*nimii *Codex reg.) fons* | luxoriam…aborreat] *multum differt fons* **32** precedens] præcedent *Codex reg.* **33** alios] aliis *Smaragdvs* **34** contra] econtra *fons*

ministrare, *sic*ut *Christi minist*er *et dispensator mi*‹ni›*steriorum dei*, secundum quod unicuique expedit. Verum is qui preest et verbi dei ministerium exibet, si neglexerit adnuntiare unicuique et intimare de singulis, velut homicida iudicabitur animarum secundum scripturas. *1 Cor 4:1*

Isidorvs Huius autem sermo debet esse purus, simplex et apertus, plenus gravitatis et honestatis, plenus suavitatis et gratiae. Cui pre ceteris speciale officium est scripturas legere, percurrere canones, exempla sanctorum imitari, vigiliis ieiuniis orationibus incumbere. Habebit etiam inter haec omnia castitatis eminentiam, ita ut mens Christo dedita ab omni inquinamento carnis sit munda et libera. Inter haec oportebit eum sollicita dispensatione curam pauperum gerere, esurientes pascere, nudos vestire, peregrinos suscipere, captivos redimere, viduas ac pupillos tueri, pervigilem in cunctis exhibere curam.

Ambrosivs Ad hoc enim factus est dux populi, ut huius salutis sollicitudinem gerat; ad hoc utique deus illum super populum suum constituit, ut proficiat saluti plebis suae ammonendo, docendo, exemplum bonum ostendendo.

---

**39** ministeriorum $S^{a.c.}$*TVWY*, misteriorum $S^{p.c.}$ **40** is] his *Y* | verbi] verbum *T*, verbo *V* **41** ministerium] in *praem. T* | adnuntiare] nunciare *Y* **42** singulis] singlulis *S* | homicida] homicidia $S^{a.c.}$ **43** Isidor’ *V*, IS̄ĪD̄ *S*, *om. codd. cett.* | autem] his haec *Y* | purus] et *add. W* **46** etiam – haec *tr. W* **47** eminentiam] inminentiam $T^{a.c.}$ | ut] eius *Y* | Christo] Christ* $T^{a.c.}$ **48** oportebit] oportet $V^{a.c.}$ **52** ĀBROSĪ *Y*, AMB̄R *S*, AM̄B̄ *T*, AB̄R̄Ō *V*, *om. W* | enim *om. V* | factus – populi] est dux populi factus *Y* | huius salutis] eis *Y* | salutis] salis *V* **53** utique] enim *W* | ut] eius $Y^{a.c.}$, ut eius $Y^{p.c.}$ **54** docendo *om.* $Y^{a.c.}$

---

**39** sicut…40 expedit] *Ben.An. Concordia reg. 5.21.1, 3 (ed. Bonnerue, 83–4, lines 438–39 and 446); Ben.An. Codex reg., Basil 15 (eds Holste-Brockie, 79), partial, abbrev.; Basil Regula 15.1, 3 (ed. Zelzer, 64–5), partial* **40** Verum…42 scripturas] *Ben.An. Codex reg., Basil 119 (eds Holste-Brockie, 94), final part; Basil Regula 119.5 (ed. Zelzer, 146)* **43** Huius…46 incumbere] *CAAC.816.9 (ed. Werminghoff, 325, lines 19–24); Isidore De eccl.off. 2.5.17 (ed. Lawson, 62–3, lines 165–73): abbrev.* **46** Habebit…51 curam] *CAAC.816.9 (ed. Werminghoff, 325, lines 30–4); Isidore De eccl.off. 2.5.18 (ed. Lawson, 63, lines 183–88)* **52** Ad…55 ostendendo] *Ambrosiaster Comm.in epp.Pauli, cc. 1–2 ad 1 Tim 4:13–14 (ed. Vogels, III, p. 276 line 26–p. 277 line 2), rearranged, slightly adapted*

---

**39** Christi minister *tr. fons* | ministeriorum] misteriorum *(praeter Concordiam reg.) fons* **40** Verum] veruntamen *Ben.An.* **44** gravitatis…honestatis] gravitate et honestate *CAAC.816* suavitatis…gratiae] suavitate et gratia *CAAC.816* | gratiae] *complures admonitus add. fons* Cui] cuius *fons* **46** imitari] imitare *Isidore* **47** omnia] et *add. fons* | Christo dedita] Christi corpus confectura *fons* **49** nudos vestire *tr. fons* **50** peregrinos suscipere *tr. fons* | tueri] tuere *Isidore* **52** factus est] creatur *fons* | populi] populo *fons* **53** ad…55 ostendendo] admonendo, docendo, ut fructum habeat ordinatio, quam ad hoc utique deus constituit, ut proficiat saluti plebis suae *fons*

Gregorivs papa — Scire etenim debet quia, si perversa umquam perpetrat, tot mortibus dignus est quot ad subditos suos perditionis exempla transmittit.

Origenes — Sed et valde congruum est ut feminarum consortia is qui ecclesiae dei preest congrue refugiat. Si autem apud fratres aut apud extraneos ospitatur ubi mulieres intersunt, omnino se artet ne passibilitate aliqua
vitietur. Semotus, secretus deo vacet ne intus capiatur a diabolo. *Mulier* *Prv 6:26*
*autem*, ait salomon, *pretiosa*s *anima*s *capit*; et iterum: *De vestiment*o *Sir 42:13*
*procedit tinea et a muliere iniquitas*; et iterum: *In medio mulierum noli* *Sir 42:12*
assiduus esse.

Oportet autem rectorem ecclesię ut per omnia indesinenter caelestia diligat, terrena et peritura non ambiat. A mundi se voluptatibus abstineat. Isidorvs — Non spectaculis, non pompis intersit; convivia publica fugiat. Privata non tantum pudica sed ‹et› sobria colat. Vsuris nequaquam incumbat, neque turpium occupationes lucrorum fraudesque cuiusquam studiose appetat. Amorem pecuniae quasi matheriam cunctorum criminum fugiat. Secularia officia negotiaque abiciat. Dolos et coniurationes caveat. Obscenitatem etiam verborum sicut et operum penitus exsecretur, semperque studiosissime caritatis affectu erga delinquentes peccantesque invigilet, ut animarum maculas abstergat.

---

**56** Greḡ p̄p̄ *S*, Gḡr p̄p̄ *T*, Orḡ *Y*, *om. codd. cett.* | etenim] enim *Y* | mortibus] motibus $T^{a.c.}$ **57** ad] a $Y^{a.c.}$ **58** Ōr *ST*, *om. codd. cett., sed cf. inscr. in Y positam supra, ad* Scire etenim | is] his *Y* **59** refugiat] refugiet $Y^{a.c.}$ | Si] Sed haec *Y* | aut] an *Y* **60** ospitatur] hospitetur $Y^{p.c.}$ | artet] arceat $VY^{p.c.}$ **61** secretus] secretusque $T^{a.c.}Y$ **63** iniquitas] viri *add. Y* | medio mulierum] mulieres *W* **65** autem] his *Y* **66** voluptatibus] voluntatibus *Y* **67** spectaculis] ex *praem. W*, expectaculis *Y* | Isīd *STY*, *om. codd. cett.; haec inscr. alibi (scil. supra, ad* De vestimento procedit*) ponitur in Y* **68** et *om. S* **70** pecuniae] peccunię *W* **71** caveat] fu *(vid.) praem. Y* **72** etiam] et vitam $S^{a.c.}$ | etiam verborum *tr. W* | sicut] sibi *Y* **73** studiosissime] studeosissime *V* | affectu] affectum *Y* | peccantesque] peccantes *W* **74** ut] eorum *Y* | abstergat] tergat *Y*, abstergant *W*

---

**56** Scire…57 transmittit] *Greg.Mag. Reg.past. 3.4 (eds Rommel–Judic–Morel, 276, lines 14–16)* **58** Sed…59 refugiat] *unidentified* **59** Si…61 diabolo] *Ps.-Cyprian De sing.clericorum 45 (ed. Hartel, 219, lines 25–8), first part slightly adapted* **65** Oportet…66 ambiat] *unidentified* **66** A…72 exsecretur] *CAAC.816.100 (ed. Werminghoff, p. 377 line 26–p. 378 line 2); Isidore De eccl.off. 2.2.1–2 (ed. Lawson, 53–4, lines 2–17): abbrev.* **73** semperque…74 abstergat] *unidentified*

---

**56** etenim] praelati debent *fons* | perpetrat] perpetrant *fons* **57** dignus est] digni sunt *fons* transmittit] transmittunt *fons* **59** Si…aut] Si quis autem modo profectione cogente apud fratres vel *fons* **61** Semotus] ac *add. fons* | vacet] et sibi *add. fons* **66** se…abstineat] voluptatibus sese abstineant *fons* **67** intersit] intersint *fons* | fugiat] fugiant *fons* **68** colat] colant *fons* | incumbat] incumbant *fons* **69** fraudesque] fraudisque (fraudisve *CAAC.816*) *fons* | studiose appetat] studium appetant *fons* **70** fugiat] fugiant *fons* **71** abiciat] abiciant; honorum gradus per ambitiones non subeant; pro beneficiis medicinae dei munera non accipiant *fons* | caveat] caveant *fons; complures admonitus add. fons* **72** exsecretur] ex(s)ecrentur *fons*

Gregorivs Nazzanzenvs

Cum bene quidem currentibus currat, male autem currentes refrenet ac revocet. Aliquando separet de eclesia, aliquando recipiat et caritate confirmet. Aliquando *lugea*t e*os qui peccaverunt et non egerunt poenitentiam*, laetificetur vero ex his qui bona agunt. Singulariter observandum est huic qui populo dei prȩest, ut in omnibus quae sua sunt rationabiliter neglegat et condempnet pro utilitate ceterorum. *2 Cor 12:21*

Infirmos denique mente et corpore visitet eosque ad veram et perpetuam salutem ortando provocet, omnesque in vinculis positos ut ad veram et eternam libertatem tendant ammoneat; et ex facultate et substantia sua cum omni gaudio ministret, et indesinenter orationibus, lectioni, ieiunio atque elemosinis cum fervore divino insistat.

Et quid amplius? Vita et sermone vel intellectu omnique in tempore demonstret populo cui preest, ut possit in utroque perfectus fieri, habitaculum spiritus sancti, per quem solus deus et intellegitur et interpretatur et auditur.

***STVWY***

## II. DE DOCTRINIS ET EXEMPLIS SACERDOTVM.

Isidorvs

Tam doctrina quam vita clarere debet ecclesiasticus doctor. Nam doctrina sine vita arrogantem reddit, vita sine doctrina inutilem facit. Sacerdotis prȩdicatio operibus confirmanda est, ita ut quod docet verbis instruat et exemplis. Vera est enim illa doctrina quam, vivendi sequitur

---

**75** Greg Nazz *S*, Gg Nz *T*, *om. codd. cett.* | currentibus] currentes *(vid.)* $Y^{a.c.}$ **76** caritate] caritatem *VY* **78** laetificetur] letificet *Y* **79** ut] eius *Y* | sua sunt] suas $T^{a.c.}$, suasse *(vid.)* $T^{p.c.}$ **80** condempnet] contempnat *Y* **82** ortando] orando *TW* | ut] et $Y^{a.c.}$ **83** et[1] *om.* $S^{a.c.}$ | et eternam] æternamque *Y* | tendant] tendi $Y^{a.c.}$ | et[3] e *W* **85** elemosinis] elesinis *V* **86** quid amplius] quidam plus $T^{a.c.}$ | Vita] et *praem. Y* | in tempore] intentione *Y* **87** in utroque] indetroque $Y^{a.c.}$ | perfectus] perfectum *Y* **89** auditur] audiatur *Y* **II,1** II] cāp *add.* $W^{a.m.}$ | DOCTRINIS] DOCTRINA *V* **2** Isidor’ *V*, Isīd *ST*, *om. codd. cett.* | doctrina] doctrin* $W^{p.c.}$ **4** ut] et $Y^{a.c.}$ | quod] quid *Y* | verbis] verbo *(vid.)* $T^{a.c.}$ **5** et *om. WY*

---

**75** Cum…78 agunt] *Greg.Nazianz.–Rvfinvs Apologeticus 54 (ed. Engelbrecht, p. 44 line 21–p. 45 line 1), adapted* **78** Singulariter…80 ceterorum] *Greg.Nazianz.–Rvfinvs Apologeticus 54 (ed. Engelbrecht, 45, lines 12–14), adapted* **81** Infirmos…85 insistat] *unidentified* **86** Vita…89 auditur] *Greg.Nazianz.–Rvfinvs Apologeticus 39 (ed. Engelbrecht, 32, lines 16–20), first part adapted* **II,1** DE…6 forma] *CAAC.816.20 (ed. Werminghoff, 343, lines 19–22); Isidore Sententiae 3.36.1–2 (ed. Cazier, 276, lines 1–7)*

---

**75** Cum…78 agunt] Cum aliis quidem bene currentibus currit, alios autem male currentes refrenat et revocat. Nunc separat de ecclesia, nunc recipit et caritatem confirmat; nunc luget aliquos, nunc laetificatur ex aliis *fons* **77** qui…poenitentiam *non praebet fons* **79** huic…prȩest] his qui spiritalibus populis praesunt *fons* **80** rationabiliter…condempnet] neglegant et contemnant **86** Vita…87 ut] Haec plus fortasse quam tempus sinebat protraxerim volens vel vitam vel sermonem vel intellectum demonstrare eius qui populis praeest, quo *fons* **88** solus] solum *fons* **II,1** DOCTRINIS] DOCTRINA *fons* | SACERDOTVM] PRAEPOSITORVM *fons* **4** verbis] verbo *fons* **5** et exemplis] exemplo *fons*

forma. Sicut enim in nomisma metallum et figura et pondus inquiritur, ita in omni doctore ecclesiastico, quid sequatur, quid doceat, quomodo vivat. Per qualitatem igitur metalli, doctrina, per figuram, similitudo patrum, per pondus, humilitas designatur. Qui ergo ab his tribus discrepaverit, non metallum sed terr‹a› erit.

***STVWY*** III. DE EXEMPLIS PRAVORVM SACERDOTVM.

Isidorvs — Sepe per quos iustitia docetur per ipsos peccati morbus inrepit, et mors ad plebes pertransit, scilicet ut dum mala docent vel dum faciunt prava. Plerique sacerdotes et clerici prave viventes forma ceteris in malum exsistunt qui bonis exemplum esse debuerunt. Hi enim quoscumque exemplo male conversationis suae perdunt de illis sine dubio rationem reddituri sunt. Vnde et inter cetera beatus papa Gregorius ait: (Gregorivs papa) Scire etenim prelati debent quia, si perversa unquam perpetrant, tot mortibus digni sunt quo‹t› ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Vnde necesse est ut tanto se cautius a culpa custodiant quanto per prava quae faciunt non soli moriuntur.

***STVWY*** IIII. DE SACERDOTIBVS QVI VERBO VEL EXEMPLO SVBIECTOS DESTRVVNT.

Gregorivs papa — Plerique sacerdotes bona quae verbis predicant moribus inpugnant. Vnde fit ut, cum pastor per abrupta graditur, ad precipitium grex sequatur. De quibus per prophetam dominus ait: *Facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis*. (*Ez 44:12*) Nemo quippe amplius in ecclesia nocet quam qui

---

**6** nomisma] novissima *T* | metallum] metalli *V*, metallo *Y*[a.c.] | ita] et *Y* **9** Qui] Quid *Y*[a.c.] **10** terra] terrę *S* **III,1** III] cāp *add. W*[a.m.] **2** Isidor’ *V*, Isīd *STY* | morbus] morbos *T*[a.c.] **3** plebes] plebem *Y* | ut] et *(vid.) Y*[a.c.], set *(vid.) Y*[p.c.] **4** prave] male *W* **5** quoscumque] quocunque *V*[a.c.] **6** conversationis] conversationi *Y*[a.c.] **7** reddituri sunt] reddunt *W* | et *om. Y* | papa Gregorius *tr. W* | Greḡ p̄p̄ *S*, Ḡg p̄p̄ *T*, *om. codd. cett.* | etenim] enim *V* **8** perpetrant] perpetrat *Y* | mortibus] moribus *T* **9** quot] quod *S* | ad] a *Y*[a.c.] | Vnde] quidem *add. W* **10** ut] his *Y* **IV,1** IIII] cāp *add. W*[a.m.] | SVBIECTOS] SVBDITOS *T* **3** Greḡ p̄p̄ *S*, Ḡg p̄p̄ *TVW*, *om. Y* **4** ut] et *Y* | sequatur] sequitur *V*[a.c.] **6** quippe] quicquam *W*

---

**6** Sicut…10 erit] *CAAC.816.20 (ed. Werminghoff, 343, lines 26–9); Isidore Sententiae 3.36.1–2 (ed. Cazier, 277, lines 23–8)* **III,1** DE…7 sunt] *CAAC.816.30 (ed. Werminghoff, 352, lines 14–18); Isidore Sententiae 3.38.1–2 (ed. Cazier, 279, lines 1–9)* **7** Scire…11 moriuntur] *Greg.Mag. Reg.past. 3.4 (eds Rommel–Judic–Morel, 276, lines 14–18)* **IV,1** DE… DESTRVVNT] *unidentified* **3** Plerique…4 sequatur] *Greg.Mag. Reg.past. 1.2 (eds Rommel–Judic–Morel, 134, lines 6–8), first part adapted* **5** De…9 honoratur] *Greg.Mag. Reg.past. 1.2 (eds Rommel–Judic–Morel, 134, lines 23–30), first part slightly adapted*

---

**6** enim *non praebet fons* **III,3** ut] uel *fons* **5** bonis] in *praem. fons* **6** sine…rationem *tr. fons* **IV,3** Plerique…verbis] et quod verbis **5** De…ait] de sacerdotibus dominus per prophetam dicit *fons*

perverse agens nomen vel ordinem sanctitatis habet; delinquentem namque hunc redarguere nullus presumit, et in exemplum culpa vehementer extenditur quando pro reverentia ordinis peccator honoratur. Qui ergo ad sanctitatis speciem de‹d›uctus vel verbo ceteros destruxit vel exemplo, melius profecto fuerat ut hunc ad mortem sub exteriori habitu terrena acta constringerent quam sacra officia in culpa ceteris imitabilem demonstrarent; quia nimirum si solus caderet, utcumque hunc tolerabilior inferni poena cruciaret.

***STVWY*** V. DE SACERDOTIBVS QVI BENE DOCENT ET MALE VIVVNT.

Isidorvs Interdum doctoris vitio etiam ipsa verax doctrina vilescit, et qui non vivit sicut docet ipsam quam prędicat veritatem contemptibilem facit. Qui bene docet et male vivit, quod dicit bene viventibus proficit, qui vero male vivit seipsum occidit. Qui bene docet et male vivit aliis utilis est loquendo, se autem interficit prave vivendo. Ac per hoc, quod in illo mortuum est proprium eius est, quod vero vivit in eo, id est sacrum ministerium — quod est vitae — alienum est. Qui bene docet et male vivit videtur, ut cereus, aliis — dum bonum exponit — lucem prestare, se vero in malis suis consumere atque extinguere.

***STVWY*** VI. QVOD NIHIL PROSIT SACERDOTI, ETIAMSI BENE VIVAT, SI MALE VIVENTIBVS ‹T›ACENDO NON CONTRADICIT.

---

**7** perverse] perversa *V*, perversę *Y* **8** exemplum culpa] exemplo culpę *Y* **10** deductus] deluctus *S* | destruxit] destruit *V* **11** fuerat ut] *** $V^{a.c.}$ | ut] eius *Y* **12** constringerent] constringere *Y* | quam] qui *Y* | sacra] sacro $S^{a.c.}$ | culpa] culpam *Y* **13** demonstrarent] demonstrare *Y* | quia] qui *Y* | utcumque] eius cumque *Y* | hunc *om. V*, hoc *Y* | tolerabilior] dolorabilior $W^{a.c.}$ **V,1** V] cāp *add.* $W^{a.m.}$ **2** Isidorvs *V*, Isīd *STY*, *om. W* **3** sicut] ut *Y* | ipsam] ipsa *Y* **4** quod] quidem *add.* $T^{p.c.}$ | quod dicit] quidam *(vid)* $Y^{a.c.}$ | qui] quod $T^{p.c.}VY$ **6** prave] pravę *Y* **7** est[2] *om. W* | ministerium] misterium *Y* **8** est[1] *om. V* **9** se] si $S^{a.c.}$ **10** consumere] consumare *Y* **VI,2** VIVENTIBVS] VIVENTES *V* | TACENDO *om. T*, DACENDO *S*

---

**10** Qui…14 cruciaret] *Greg.Mag. Reg.past. 1.2 (eds Rommel–Judic–Morel, 136, lines 37–43)* **V,1** DE…3 facit] *CAAC.816.29 (ed. Werminghoff, 352, lines 1–3); Isidore Sententiae 3.37.1 (ed. Cazier, 277, lines 1–4)* **3** Qui…10 extinguere] *CAAC.816.29 (ed. Werminghoff, 352, lines 6–12); Isidore Sententiae 3.37.5–6 (ed. Cazier, 278–79, lines 17–27), abbrev.,* qui bene docet et male vivit *adapted* **VI,1** QVOD…2 CONTRADICIT] *CAAC.816.26 (ed. Werminghoff, 347, lines 27–8); Ivl.Pom. De vita contemp. 1.20 (PL 59, col. 434A)*

---

**10** destruxit] destruit *fons* **V,1** SACERDOTIBVS] his *fons* **4** dicit] docet *fons* | qui] quod *fons* **5** Qui…vivit[2]] sicut sacerdos qui, si digne se agit ut sacerdotem decet ministerium eius, et ipsi et aliis utilis *(*utile *CAAC.816)* est; indigne autem vivens *fons* | aliis] quidem *add. fons* **8** quod…vitae *non praebet CAAC.816* **9** aliis…bonum] qui aliis bona *CAAC.816* **VI,2** VIVENTIBVS] VIVENTES *CAAC.816,* VIVENTEM *Ivl.Pom.* | CONTRADICIT] ARGVAT *CAAC.816,* CORRIGAT *Ivl.Pom.*

‹Prosper› Ecclesiae dei prepositus non solum bene vivendo alios exemplo suae conversationis instituat, sed etiam fiducialiter prędicando singulis ante oculos peccata constituat; quae poena maneat duros, quae gloria oboedientes, ostendat. Nullius salutem disperando contempnat, animas emendari nolentium plangat. Imitetur apostolum qui ait: V*t lugeam* *(2 Cor 12:21)* *multos ex his qui ante peccaverunt et non egerunt poenitentiam*; et iterum: *Quis infirmatur et* ego *non infirmor? Quis scandalizatur et ego non uror?* *(2 Cor 11:29)*

Ille autem cui dispensatio verbi commissa est, etiamsi sanct[a]e vivat, et tamen p‹er›dit[a]e viventes arguere aut erubescat aut metuat, cum omnibus qui eo tacente perierint perit. Et quid ei proderit non puniri suo qui puniendus est alieno peccato? Testatur dominus per Hiezechihelem prophetam dicens: *Si impi*o, inquit, *locutus non fueris, ut se ab* impietate *(cf. Ez 33:8)* *sua custodiat* et ille perierit, *sanguinem eius de manu tua requiram*. Hoc est dicere: *Si ei* peccata sua *non adnuntiaveris,* si eum non argueris *ut ab* *(cf. Ez 3:18)* impietate *sua* con*vertatur et vivat*, et te qui non increpasti et ipsum qui te tacente peccavit flammis perennibus perdam. Quis, rogo, tam saxei pectoris, quis tam ferreus erit, quem sententia ista non terreat? Q‹u›is tam alienus a fide, qui sententiae isti non credat?

***STVW; ~Y*** ‹VII›. QVALIS ESSE DEBET DISCRETIO IN PRAEDICATIONE DOCTORIS.

Gregorivs Nazzanzenvs Sciendum illud in primis est, in multitudine permixta atque diversa, ubi aetas et institutio varia, de talibus disputantem et — velut multarum chordarum quandam citharam ferientem — invenire et proferre aptum ad

---

**3** Prosper *V*$^{p.c.}$, Ꝑsp *Y*, Prsp̄ *T*, Prosperi *V*$^{a.c.}$, Cass̄ *S*, *om. W* **5** peccata] peccati *(vid.)* *T*$^{a.c.}$ | maneat] moneat *W*$^{p.c.}$ **7** Vt] Et *Y* **9** Quis$^{2}$] Qui *T*$^{a.c.}$ **10** commissa] concessa *W* | sanctae *S*, sancte *codd. cett.* **11** preditae *S*, perdite *codd. cett.* **12** omnibus] his *add. W* | perit] periet *Y* **13** est *om. V*$^{a.c.}$*W*$^{a.c.}$ | per] p** *S*$^{a.c.}$ **14** fueris] fuerit *W*$^{a.c.}$ | fueris ut] fuerit *T*$^{a.c.}$ **15** sua *om. W* **17** te tacente *tr. W*$^{p.c.}$, tacente *W*$^{a.c.}$ **18** rogo] erogo *W*$^{p.c.}$ **19** Quis] q̲is *S* **20** qui] q̲uis *W* | sententiae isti] sententiam istam *Y* **VII,1** VII *om. S* **3** Ḡg Naz̄z̄ *V*, Ḡg Nz̄z̄ *S*, Ḡg N̄z *T*, Ḡg *Y*, *om. W* | est] quod *add. T*$^{p.c.}$ **4** varia] est *add. T*$^{p.c.}$ | disputantem] disputatam *Y*

---

**3** Ecclesiae…9 uror] *CAAC.816.26 (ed. Werminghoff, p. 347 line 34–p. 348 line 2); Ivl.Pom. De vita contemp. 1.20.1 (PL 59, col. 434A), partial* **10** Ille…14 prophetam] *CAAC.816.26 (ed. Werminghoff, 348, lines 6–9); Ivl.Pom. De vit.contempl. 1.20.2 (PL 59, col. 434C), partial* **14** Si…20 credat] *CAAC.816.26 (ed. Werminghoff, 348, lines 21–6); Ivl.Pom. De vit.contempl. 1.20.3 (PL 59, col. 435B), partial* **VII,1** QVALIS…DOCTORIS] *unidentified* **3** Sciendum…16 verbum] *Greg.Nazianz.–Rvfinvs Apologeticus 39–40 (ed. Engelbrecht, p. 32 line 22–p. 33 line 13), first part slightly abbrev. (due to eye-skip?)*

---

**3** dei] ut *add. fons* **5** peccata] sua *add. fons* | duros] duris *CAAC.816* **6** oboedientes] oboedientibus *CAAC.816* **7** Imitetur] imitatus *fons* **10** sanctae] sancte *fons* **11** perditae] perdite *fons* **13** Testatur] mentior nisi hoc *fons* **14** se *tr. cum* ab impietate sua *Ivl.Pom.* **15** sua *non praebet CAAC.816* **VII,3** Sciendum] sciendumque *fons* | est] quod perdifficile negotium est *add. fons* **4** aetas] et *praem. fons*

omnes praedicationis verbum, et ita — velut plectrum — singulis admovere convenit, ut nusquam sonus offendat auditum. Triplici namque ex modo in ecclesia dicen‹ti›um periculum pendet: ex sensu, ex verbo, ex auditu; ut perfacile ‹e›veniat in uno saltim aliquo si non in omnibus labi. Aut enim minus inluminatus est sensus, aut ad explanandum defuit sermo sufficiens, aut bene prolata crassior non recipit auditus. Et ex uno quolibet horum casu fit in omnibus periculum veritatis. Et quidem in aliis quibusque studiis et doctrinis facile vel profertur sermo vel recipitur; in his vero nostris scolis ipsa auditorum spectatio dicturo periculum generat. Tamquam enim de deo audituri, et de summa omnium spe ac salute suscepturi verbum.

Non omnibus una eademque doctrina est adhibenda, sed pro qualitate morum diversa exhortatio erit doctorum. Nam quosdam increpatio dura, quosdam vero exhortatio corrigit blanda. Sicut periti medici ad varios corporis morbos diverso medicamine serviunt ita ut iuxta vulnerum varietates medicina diversa sit, sic et doctor ecclesię singulis quibusque congruum doctrinę remedium adhibebit, et quid cuique oporteat pro sexu, pro aetate ac professione, adnuntiabit.

***STVW***

VIII. QVANTVS ESSE DEBEAT ORDO ATQVE CONSIDERATIO PRAEDICATIONIS IN ORE DOCTORIS.

Gregorivs papa

Pensare etenim doctor debet quid loquatur, cui loquatur, quando loquatur, qualiter loquatur et quantum loquatur. Si enim unum horum defuerit locutio, apta non erit. Scriptum quippe est: *Si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti.* (*Gn (LXX) 4:7*) Recte autem offerimus cum, bono studio, bonum opus agimus; sed recte non dividimus si habere discretionem in bono opere postponamus. Considerare etenim debemus quid loquamur, ut iuxta Pauli vocem: *Sermo noster semper in gratia sale sit conditus.* (*Col 4:6*)

Pensandum nobis est cui loquamur, quia sepe increpationis verbum quod haec admittit persona, altera non admittit; et sepe ipsa eadem persona secundum factum fit altera. Vnde Nathan propheta David post

---

**6** singulis] singulas *V* **7** admovere] admonere *Y* **8** dicentium *scripsi cum fonte,* dicendum *S*$T^{a.c.}$*WY (male legerunt* -d- *pro* -ti-*),* dicendi $T^{p.c.}$*V* **9** eveniat] veniat *S*$T^{a.c.}$*WY* | saltim] saltem $T^{p.c.}$ **11** recipit] recipiat *W* | ex *om.* $V^{a.c.}$ **15** audituri] audituris $T^{p.c.}$*V* **16** suscepturi] suscepturis $T^{p.c.}$*V* **17** omnibus] *post hoc verbum desinit Y, uno bifolio inter fols 3 et 4 ablato; resumit Y ad conclusionem lib. I, cap. XIII* **VIII,1** DEBEAT] DEBET *V* **3** G̅g p̅p *codd.* **4** et *om. W* **5** Si] Sic *(vid.)* $V^{a.c.}$ **9** gratia] gratiæ $T^{p.c.}$ **10** est *om. W* **11** altera] alterum $T^{p.c.}$ | ipsa] hęc *W*

---

**17** Non…23 adnuntiabit] *CAAC.816.23 (ed. Werminghoff, 344, lines 27–32); Isidore Sententiae 3.43.1–2 (ed. Cazier, 285, lines 2–11)* **VIII,1** QVANTVS…2 DOCTORIS] *unidentified* **3** Pensare…55 provocantur] *Greg.Mag. Hom.in Hiezech. 1.11.12–17 (ed. Adriaen, 174–76, lines 223–87)*

---

**7** convenit *non praebet fons* **22** pro…23 aetate *tr. fons* **VIII,10** Pensandum] vero *add. fons*

adulterium forte increpationis sententia percussit. Qui, cum de raptore ovis diceret: *Filius mortis est vir qui fecit hoc*; ei protinus respondit dicens: *2 Sm 12:5* *Tu es ille vir*. *2 Sm 12:7* Cui tamen, cum de Salomonis regno loqueretur, quia culpa defuit, ei se humiliter in oratione prostravit. In una ergo eademque persona, quia causa dispar exstitit, etiam sermo propheticus dissimilis fuit.

Pensandum quoque est quando loqui debeamus, quia sepe, etsi difertur increpatio, postmodum benigne recipitur; et nonnumquam languescit, si hoc quod ante proferr‹e› debuit tempus amiserit. Nam et sapiens mulier Nabal ebrium videns, increpare de culpa tenatiae noluit, quem degesto vino increpationis suae verbis utiliter percussit. Et propheta adulantium linguas non esse in subsequenti tempore differendas adnuntiat, qui ait: Confund*antur statim erubescentes qui dicunt mihi: Euge, euge*. *Ps (LXX) 69:4* Adulatio etenim, si vel ad tempus patienter suscipitur, augetur et paulisper demulcit animam, ut a[d] rigore[m] suae rectitudinis mollescat in delectationem sermonis. Sed ne crescere debeat, statim est et sine mora ferienda.

Pensandum quoque nobis est qualiter loquamur, nam sepe verba quae hunc ad salutem revocant alium vulnerant. Vnde Paulus quoque apostolus, qui Titum ammonet dicens: *Argue*, obsecra, increpa *cum omni imperio*; *Tit 2:15* ad Timotheum vero: *Argue, obsecra, increpa in omni pacientia et doctrina*. *2 Tim 4:2* Quid est quod uni imperium et ali‹i› pacientiam precepit, nisi quod unum lenioris, alterum vero ferventioris spiritus esse conspexit? Vni per auctoritatem imperii ‹in›iungenda erat severitas verbi, is autem qui per spiritum fervebat, per pacientiam temperandus fuerat, ne, s[e e]i plus iusto infervesceret, non ad salutem vulnerata reduceret, sed sana vulneraret.

Curandum quoque quantum loquamur, ne‹, si ei› qui multa ferre non valet per verbum vel exhortationis vel increpationis longius trahimus, auditorem nostrum ad fastidium perducamus. Vnde i[s]dem prędicator egregius Ebreis loquitur dicens: Obsecro *vos, fratres,* ut *sufferatis verbum solatii, etenim perpaucis scripsi vobis*. *Hbr 13:22* Hoc tamen infirmis precipue

---

**13** forte] forti $T^{p.c.}V$ | sententia] sententiam $S^{a.c.}$ **18** difertur] defertur $T^{a.c.}$ **20** proferre] $S^{a.c.}TVW$, proferri $S^{p.c.}$ | amiserit] a*miserit $S^{a.c.}$ **21** degesto] digesto $T^{p.c.}$ **22** verbis] verbo *W* **24** erubescentes] erubentes *V* **25** si vel] secundum *(vid.)* $W^{a.c.}$ | suscipitur] accipitur *W* | demulcit] demulcet $T^{p.c.}V$ **26** ad rigorem $ST^{a.c.}W^{a.c.}$, a rigore $T^{p.c.}VW^{p.c.}$ | delectationem] delectatione $T^{p.c.}$ **28** Pensandum quoque] *lacuna (litura?) inter haec verba in T* **30** Titum] Tecum *(vid.) W* | obsecra increpa *tr. V* **32** alii $T^{p.c.}V^{p.c.}$, ali* $T^{a.c.}V^{a.c.}$, alium $SW^{a.c.}$, alteri *(vid.)* $W^{p.c.}$ **34** iniungenda $T^{p.c.}$, iungenda $ST^{a.c.}VW^{p.c.}$, iugenda $W^{a.c.}$ **35** se ei] $ST^{a.c.}W$, si eis *V*, si $T^{p.c.}$ | iusto] iuste *V* **37** ne – ei *scripsi cum fonte,* necesse est $ST^{a.c.}W$, ne si eum *add.* $T^{p.c.}$, quia necesse est ut dum *V* | qui] quia *W* | qui – valet *om. V* **38** trahimus] trahimur *V* **39** isdem *codd.* **41** perpaucis] per pacis $S^{a.c.}$

---

**13** forte] forti *fons* **16** oratione] adoratione *fons* **20** quod] quo *(praeter cod. G) fons* proferre] proferri *fons* **25** demulcit] demulcet *fons* **26** ad rigorem] a rigore *fons* **30** obsecra increpa *non praebet fons* **31** ad…vero] Timotheum exhortatur dicens *fons* **32** alii] alio *fons (cod. G)* **33** Vni] leni *fons* **35** ne…ei] si *fons* **38** per *non praebet (praeter cod. G) fons* **39** isdem] idem *(praeter cod. G) fons*

congruit, ut pauca quidem et quae capere prevalent audiant, sed quae eorum mentem in poenitentiae dolore conpungant. Nam si eis uno in tempore exortationis sermo fuerit multipliciter dictus, quia multa retinere non valet, simul a[d]mittunt omnia. Vnde et medici corporum pannos suos quos infirmantibus stomachis ponunt, apto quidem medicamine, sed subtiliter liniunt, ne, si repleti multo medicamine fuerint, infirmitatem stomachi non roborantes adiuvent, sed opprimentes gravent.

Sciendum tamen qui‹a›, etsi quando modum suum sermo prolixior transeat, periculosum hoc auditoribus non est. Si autem qualiter quid dicatur et quibus dicatur ‹non› vigilanter aspicitur, valde periculosum. Verecundę etenim mentes, si quas fortasse culpas ammiserint, leniter arguend‹ae› sunt, quia si asperius increpantur, franguntur potius quam erudiantur. At contra mentes aspere atque inpudentes, si increpatę leniter fuerint, ad maiores culpas ipsa lenitate provocantur.

Vnde necesse est ut sermo semper praedicantis cum auditorum debeat qualitate formari, ne aut verecundis aspera aut inpudentibus lenia loquatur. Quid autem mirum si hoc verbi dei erogator faciat, cum et agricola qui semen in terra mittit prius terrę qualitatem praevidit quibus seminibus apta videatur, et postquam qualitatem terrę praeviderit tunc semina spargit?

‹Gregorivs Nazzanzenvs›

Sicut ergo non una medicinae species omnibus adhibetur egrotis, ita neque idem sermo convenit universis, quia sicut multae ac diversę sunt in anima speties depravationis, ita et multę sunt restitutionis, quorum omnium scientia ac disciplina vigere debet apud eum cui animarum instituendarum cura committitur. Ex quibus nos quamplurima nunc brevitatis studio pretermittimus.

---

**42** sed] et *V* **43** in² *om. W* **45** valet] valent $T^{p.c.}$ *W* | admittunt *codd.* **46** ponunt] apponunt $T^{p.c.}$ **47** subtiliter] salubriter *W* **49** quia] qui *S*$T^{a.c.}$ *W* **50** quid] qđ *V* **51** non *scripsi cum fonte,* si $S^{a.c.}T^{a.c.}$ *W, om.* $S^{p.c.}T^{p.c.}$, *tr. cum* vigilanter *V* **52** Verecundę] Verecundie *W* **53** arguendae] arguendi *S*$T^{a.c.}$ *W* **54** erudiantur] erudiuntur $T^{p.c.}$ **56** sermo – praedicantis] semper praedicantis sermo *V* **59** terra] terram *W* | praevidit] praevidet *TV* **62** G̅g Naza̅n *V*, Gg Nz *T*, *om. codd. cett.* | non *om.* $T^{a.c.}$ **64** et] ut *W* | restitutionis] restitutiones *W* | quorum] quarum *V* **67** brevitatis] brevietatis *T*

---

**56** Vnde…61 spargit] *Greg.Mag. Hom.in Hiezech. 1.11.20 (ed. Adriaen, 178, lines 352–58)* **62** Sicut…63 universis] *Greg.Nazianz.–Rvfinvs Apologeticus 28 (ed. Engelbrecht, 26, lines 17–19)* **63** quia…67 pretermittimus] *Greg.Nazianz.–Rvfinvs Apologeticus 43 (ed. Engelbrecht, 36, lines 3–7)*

---

**42** capere prevalent *tr. (praeter cod. G) fons* **43** dolore] dolorem (dolore *cod. G) fons* **45** admittunt] amittunt *fons* **46** suos *non praebet (praeter cod. G) fons* **51** aspicitur] conspicitur (aspicitur *cod. G) fons* | periculosum] est *add. fons* **53** increpantur] increpentur *fons* **56** sermo semper *tr. fons* **59** semen…terra] semina in terram (semen in terra *cod. G) fons* **60** terrę *non praebet fons* **62** egrotis *non praebet fons* **63** quia…multae] ut quam multae *fons* | sunt] fuerant *fons* **64** ita et] tam *fons* | sunt] sint *fons*

***STVW*** VIIII. DE DOCTRINA ET ERVDITIONE SACERDOTIS.

HI‹E›RONIMVS Qui pastor est, esse debet et magister, nec in ecclesiis, quamvis sanctus sit, pastoris sibi nomen adsumere audeat nisi possit docere quos pascit. Quia si ei tantum sancta sit vita, sibi potest prodesse sic vivens; porro si et doctrina et sermone fuerit eruditus, potest ceteros quosque instruere, et non solum instruere et docere suos, sed et adversarios repercutere qui, nisi refutati fuerint atque convicti, facile quaeunt simplicium corda percutere.

***STVW*** X. QVALITER SACERDOS ALIQVANDO MALA PROXIMI TACEAT VEL DICAT.

ISIDORVS Qui docendi accepit officium, interdum ad tempus mala proximi taceat, quae statim corrigere nequaquam existimat. Nam si corrigere potest et dissimulat, verum est quod consensum erroris alieni habeat. Plerique sancti doctores pro mali pertinatia, quia iniquos emendare nequęunt, his tacere disponunt, sed calorem spiritus quo aguntur ferre non sustinentes, iterum ‹in› increpationem prosiliunt impiorum.

***STVW*** XI. QVANTA ESSE DEBET DIVERSITAS IN SERMONE PRAEDICATIONIS.

GREGORIVS PAPA Non una eademque cunctis exortatio congruit quia nec cunctos par morum qualitas astringit. Sepe namque aliis officiunt quae aliis prosunt.

---

**IX,1** VIIII] IX cāp *W* **2** HIERŌN *V*, HIĒR *TW*, HIRŌN *S* **4** si et] etsi *W* **5** potest] et *add. W* | instruere] instuere *T* **X,3** ISIDOR' *V*, ISĪD *ST*, *om. W* **4** quae] atque *T* | existimat] existimet *T* **5** potest – dissimulat] et dissimulat potest $T^{a.c.}$ **8** in $T^{p.c.}$*V*, *om.* $ST^{a.c.}$*W* **XI,1** XI] cāp *add.* $W^{a.m.}$ **2** PRAEDICATIONIS] PRĘDICATIONVM *V* **3** Ḡg p̄p *STV*, *om. W* | cunctis *om. W* **4** aliis$^{1}$] alios $T^{a.c.}$

---

**IX,1** DE…SACERDOTIS] *unidentified* **2** Qui…3 pascit] *DEFENSOR Lib.scintill. 32.27; JEROME Comm.in epp.Pauli, ad Eph 4:11–12 (PL 26, col. 532B), partial* **4** Quia…8 percutere] *CAAC.816.9 (ed. Werminghoff, 325, lines 16–19); ISIDORE De eccl.off. 2.5.16 (ed. Lawson, 62, lines 159–64); JEROME Comm.in epp.Pauli, ad Tit 1:8–9 (ed. Bucchi, 26, lines 556–60)* **X,1** QVALITER…2 DICAT] *unidentified* **3** Qui…8 impiorum] *CAAC.816.25 (ed. Werminghoff, 347, lines 22–6); ISIDORE Sententiae 3.44.5–6 (ed. Cazier, 288, lines 20–7)* **XI,1** QVANTA…PRAEDICATIONIS] *unidentified* **3** Non…10 recedat] *CAAC.816.24 (ed. Werminghoff, 345, lines 24–30); GREG.MAG. Reg.past. 3.prolog. (eds Rommel–Judic–Morel, 258–60, lines 3–13)*

---

**IX,2** debet] debeat *JEROME* **3** pastoris] pastores *(praeter codd. ABSW) DEFENSOR* | audeat *non praebet JEROME* **4** ei] episcopi *fons* | sancta sit *tr. CAAC.816* | sibi] soli *add. CAAC.816 et ISIDORE* **5** et sermone *non praebet CAAC.816* | potest…quosque] potest ceteros quoque *(praeter cod. a) ISIDORE*, potest se ceterosque *JEROME* | et$^{2}$…6 instruere *non praebent CAAC.816, ISIDORE et JEROME (codd.* $C^{a.c.}$*O)* **6** sed *non praebet CAAC.816* **7** quaeunt] possunt *CAAC.816* **8** percutere] pervertere *fons* **X,3** mala] facta *fons* **8** impiorum] iniquorum *(praeter codd. BC) ISIDORE* **XI,3** Non] Vt enim longe ante nos reverendae memoriae Gregorius Nazanzenus edocuit *praem. GREG.MAG.*

Quia et plerumque erbę, quae haec animalia nutriunt alia occidunt, et lenis sibilus equos mitigat catulos instigat; et medicamentum quod hunc morbum inminuit alteri vires iungit, et panis qui vitam fortium roborat, parvulorum necat. Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum, ut et ad singula singulis congruat, et tamen a communis aedificationis arte numquam recedat.

Gregorivs Nazzanzenvs

Vnde et sanctus Gregorius Nazanzenus praesul beatissimus et doctor suavissimus inter cetera ait: Sicut non una medicine species omnibus adhibetur, ita neque idem sermo convenit universis; non idem motus conpetit feminę et viro vel seni ac iuveni, neque pauperi et diviti, laetis ac tristibus, incommodis et vegetis, principibus et subiectis, sapientibus et imperitis, timidis et audacibus, iracundis et mitibus, proficientibus et declinantibus.

Et adhuc interiora perquiram: non eadem conveniunt his qui in coniugiis sunt et his qui liberi sunt a coniugali iugo, sed et inter ipsos rursum differentia est, eorum qui in desertis vitam ducunt et eorum qui communem cum ceteris mixtam habent conversationem. Et rursum non eadem aptabuntur his qui rationabiles sunt in fide et perspicaces in scripturis et his qui sola simplicitate proficiunt, sed et his qui ex urbana conversatione descendunt et illis qui ex agresti et rustica veniunt. Non eadem simplicibus et astutis, neque in negotiis positis et procul ab eis agentibus ac quietis, neque his qui post plagas peccatorum conversi sunt et his qui ante experientiam mali diligerunt bona. In quibus singulis permulta habenda est differentia. Alios quidem sermo solus emendat, alios exempla convertunt; nonnulli stimulis incitandi, alii frenis inhibendi sunt pro eo quod tardiores sunt; alii et pigri sunt ad opus bonum, qui utique conpetenter sermonum verberibus excitantur; alios consolatorius sermo corrigit, alios increpatio; et alios convenit coram omnibus argui, alios secretius commoneri, nonnulli etenim monita secretiora

**5** quae] quam *$S^{a.c.}$ $W^{a.c.}$* **8** sermo doctorum *tr. W* **11** Nazanzenus] Nazanzanus *$T^{a.c.}$* **12** G̅g Nz̅z *S*, G̅g Naz̅ *V*, G̅g N̅z *T*, *om. W* | sicut] sicuti *V* **13** motus] modus *V* **14** et[2]] ac *W* **15** vegetis] vegeatis *(vid.) $T^{p.c.}$* **16** et[2]] ac *W* **18** Et] ut *add. V* **20** in desertis] mundum deserentes monasticam *V* **21** mixtam] mixtamque *$T^{p.c.}$* **24** qui *om. W* **25** astutis] astut** *$W^{a.c.}$* | positis] constitutis *W* **26** plagas] plagus *W* **27** diligerunt] dilexerunt *V* **29** nonnulli] nullum *(vid.) $W^{a.c.}$* | alii] aliis *W* **30** sunt[2] *om. $T^{p.c.}$ V* | sunt[3] *om. $T^{p.c.}$* | qui *om. $T^{p.c.}$*, quod *V*

**12** Sicut…28 differentia] *Greg.Nazianz.–Rvfinvs Apologeticus 28–9 (ed. Engelbrecht, p. 26 line 17–p. 27 line 10)* **28** Alios…31 excitantur] *Greg.Nazianz.–Rvfinvs Apologeticus 30 (ed. Engelbrecht, 27, lines 20–4)* **31** alios…34 notam] *Greg.Nazianz.–Rvfinvs Apologeticus 31 (ed. Engelbrecht, 28, lines 3–6)*

**9** singula] sua *fons*, singula sua *CAAC.816 (cod. B)* **12** Sicut] ergo *add. fons* **18** Et] ut *add. fons* **21** communem] et *add. fons* **28** Alios] Et erunt mihi testes horum illi ipsi qui passi sunt, quod *praem. fons* **30** sunt[2] *non praebet fons* **32** corrigit] correxit *fons* | alios[2]] aliis *fons* **33** alios] aliis *fons*

contempnunt, erubescunt vero publicam notam. Aliquibus vero irasci debemus non irati et contempnere aliquos sed non contempnentes et desperare non disperantes, quandoquidem ita uniuscuiusque requirit ingenium. Alios curare lenitate debemus, alios humilitate, coniungendo eis videlicet nosmetipsos et unam eandemque spei regulam pollicendo. Et alios quidem vincere, ab aliis autem vinci interdum melius fuit. Et aliorum quidem prosperitatem et potentiam, aliorum vero paupertatem et abiectionem conlaudare nonnumquam convenit et amplecti.

Omnia autem quae supra commemoravimus, prout tempus vel res vel ipsa animarum egritudo permittit agenda sunt. Verum universa sermone distinguere et explicare per singula, ita ut omnem medendi curam per ordinem d‹e›scribamus, inpossibile puto.

***STVW*** XII. QVALIS DEBET ESSE DISCRETIO IN CONFESSIONE PECCATORVM.

BEDA *Confitemini*, ait Iacob apostolus, *alterutrum peccata vestra, et orate pro invicem ut salvemini*. In hac autem sententia illa debet esse discretio, ut cotidiana leviaque peccata alterutrum coequalibus confiteamur, eorumque cotidiana credamus oratione salvari; porro gravioris leprę inmunditiam iuxta legem sacerdoti pandamus atque ad eius arbitrium qualiter et quanto tempore iusserit purificare curemus. *Iac 5:16*

---

**37** coniungendo] coniungendos *(vid.)* $T^{a.c.}$ **38** eandemque] eademque $S^{a.c.}$ **39** alios] aliis $T^{a.c.}$ **42** autem] aū *V* | quae *om. W* | tempus] empus $S^{a.c.}$ **45** describamus] discribamus $ST^{a.c.}W$ **XII,3** BEDA *V*, BED̄ *SW*, B *T* | Iacob] Iacobus *TV* **5** alterutrum *om. V* **6** gravioris] levioris *W* **7** ad] ac $W^{a.c.}$

---

**34** Aliquibus…41 amplecti] *GREG.NAZIANZ.–RVFINVS Apologeticus 32 (ed. Engelbrecht, 28, lines 20–8), first part slightly adapted* **42** Omnia…45 puto] *GREG.NAZIANZ.–RVFINVS Apologeticus 33 (ed. Engelbrecht, 29, lines 4–9), first part abbrev. and adapted* **XII,1** QVALIS… PECCATORVM] *unidentified* **3** Confitemini…8 curemus] *BEN.AN. Concordia reg. 36.6.6–8 (ed. Bonnerue, 313, lines 85–91); BEDE In epp.VII cathol., ad Iac 5:16 (ed. Hurst, 222, lines 184–90*

---

**34** Aliquibus…debemus] Interdum etiam irasci debemus aliquibus *fons* **37** Alios] vero *add. fons* **41** abiectionem] deiectionem *fons* **42** Omnia autem] Non enim, sicut virtutis et ignaviae ordo se ac species habet, ut una semper in laude sit et alia semper in culpa, ita etiam nostrae disciplinae ordo deposcit, ut quod sanum et utile et commodum est id semper aeger recipiat animus—verbi gratia vel acrius corripi vel lenius commoneri vel ex omnibus, quae supra commemoravimus, alterum semper eligere—sed ab aliis quidem hoc, ab aliis autem quod contrarium est recipi potest *fons* | tempus] vel *praem. fons* **43** animarum] animorum *fons* agenda sunt *non praebet fons* **45** puto] etiam his qui sapientiae ipsius meruerunt arcana cognoscere *add. fons* **XII,3** ait…apostolus] ergo *fons* **8** purificare] purificari *BEDA*

***STVW; ~Y***

XIII. INTERROGATIO: QVI VVLT CONFITERI PECCATA SVA, SI OMN‹I›BVS DEBET CONFITERI ET QVIBVSLIBET AVT CERTIS QVIBVSQVE? RESPONSIO SANCTI BASILII EPISCOPI.

Basilivs

Clementia dei erga eos qui deliquerunt manifesta est, secundum quod scriptum est: *Quia* non vult *mortem morientis, sed ut revertatur et vivat*. Quia ergo et conversionis modus aptus esse et convertenti a peccato fructus dignus ostendi debet per poenitentiam, secundum quod scriptum est: *Facite fructus dignos poenitentiae*, ne forte secundum comminationem illam eveniat his qui non poenitent quod scriptum est: *Omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur*. Necessarium videtur his quibus *dispensat*io *misteriorum dei* commissa est confitenda esse peccata. Sic enim et antiquitus poenitentes inveniuntur apud sanctos confessi esse peccata sua. Scriptum est enim in evangelio quia Iohanni baptistae confitebantur peccata sua, et in actibus apostolorum apostolis a quibus et baptizabantur.

*Ez 18:32, 33:11* — *Lc 3:8* — *Mt 7:19* — *1 Cor 4:1*

***STVWY***

XIIII. INTERROGATIO: SI OPORTET GESTA TVRPIA VEL OBSCENA CONFITENTES INVERECVNDIVS ENVNTIARE OMNIBVS AVT CERTIS QVIBVSQVE VEL QVIBVS ILLIS? RESPONSIO.

Basilivs

Confessio peccatorum hanc habet curationem, quam habet vulnus aliquod corporis vel passio quae medico demonstranda est. Sicut ergo non omnibus quis vitia vel vulnera corporis sui revelat nec quibuslibet, sed his tantummodo qui summę peritiae testimonium habent et cure ac medelę disciplinam, ita et confessio peccatorum fieri debet apud eos tantummodo

---

**XIII,1** SVA *om. V* **2** OMNIBVS] OMNBVS *S* **3** RESPONSIO SANCTI] RESPONSIONIBVS *W* **4** Basili’ *V*, Basił *ST*, *om. W* | deliquerunt] derelinquerunt *W* **6** conversionis] conversationis *V* | convertenti] convertentis $T^{p.c.}$ **7** poenitentiam] penitentiam $S^{a.c.}$ **9** eveniat] veniat *T* **10** in *om. W* **11** dispensatio *om. W* **12** enim] etiam *T* **13** enim *om. W* **14** peccata] pecca *T* | apostolis] *hic resumit Y (cf. supra, adnot. ad lib. I, cap. VII)* **XIV,1** INTERROGATIO *om. Y* **2** CONFITENTES] CONFITENTEM *VW* | ENVNTIARE] NVNCIARE *Y* **3** RESPONSIO] RSP̄S *T* **4** Basilivs *V*, Basił *WY*, Basł *ST* | habet[1] *om. Y* | vulnus] ita est ut nullus *(*celet *add.* $Y^{p.c.}$*) Y* **5** corporis] vulneris *W* | medico] modico $Y^{a.c.}$ **6** nec] ne $V^{a.c.}$ **7** habent] habet *Y*

---

**XIII,1** INTERROGATIO… 15 baptizabantur] *Ben.An. Concordia reg. 15.2 (ed. Bonnerue, 145, lines 14–29); Ben.An. Codex reg., Basil 21 (eds Holste–Brockie, 80); Basil Regula 21 (ed. Zelzer, 69–70)* **XIV,1** INTERROGATIO… 11 curationem] *Ben.An. Concordia reg. 15.4 (ed. Bonnerue, 146, lines 38–50); Ben.An. Codex reg., Basil 200 (eds Holste–Brockie, 107); Basil Regula 200 (ed. Zelzer, 217–18)*

---

**XIII,2** ET] AVT *Concordia reg.*, SIVE *Codex reg.* | AVT] AN *Concordia reg.* **5** morientis] peccatoris *fons* | sed] magis *Codex reg.* | revertatur] convertatur *Ben.An.* **6** convertenti] convertentis se *fons* **12** antiquitus poenitentes] hi *(om. Basil)* qui antiquitus paenitebant *fons* **15** et *non praebet Ben.An.* **XIV,2** CONFITENTES] CONFITENTEM *Ben.An.* ENVNTIARE] PRONVNTIARE *Ben.An.* **3** VEL] ET *Codex reg.* | QVIBVS ILLIS] QVIBVSLIBET *Concordia reg.* **4** curationem] rationem *fons*

qui curare haec praevalent et emendare, secundum quod scriptum est: V*os* qui fort*iores* estis infirm*itates infirmorum* portate, hoc est auferre et exportare per curationem. *Rom 15:1* Sanctissimus etenim pater Benedictus de hac re inter cetera ait: (Benedictvs) Peccatum, inquit, animae, si fuerit latens, spiritalibus senioribus est patefaciendum, qui sciunt curare sua et aliena vulnera — non detegere et publicare.

***STVWY*** XV. VT NVLLVS SACERDOTI AC CONFESSORI SVO MALAS COGITATIONES SVAS OCCVLTET, SET MOX VT ORTAE FVERINT CONFITEATVR.

(Cassianvs) Nullas penitus cogitationes prurientes in corde pernitiosa confusione celare debet christianus, sed confestim ut exortę fuerint eas suo manifestare sacerdoti. Vnde et presul beatissimus martyrque gloriosissimus Fructuosus ait: (Frvctvosvs) Cogitationes, inlusiones, et neglegentias proprias suo semper necesse est ut christianus referat sacerdoti, et ex illius cognoscat discretione vel iudicio quid adtendat.

***STVWY*** XVI. QVALEM DEBENT HABERE SACERDOTES DISCRETIONEM IN IVDITIO POENITENTIAE.

---

**10** fortiores] firmiores *V* | portate] portare *W* | auferre – exportare] auferte et exportate *T*[p.c.]*Y* **11** etenim] enim *Y* **12** Benedict’ *V*, Bend̄ *STW*, *om. Y* **13** senioribus] senioris *T*[a.c.] | sciunt] sciant *Y* **XV,1** XV *om. T* | AC *om. V* **3** CONFITEATVR] CONFITEANTVR *V* **4** Cassian’ *V*, Cass̄ *STW*, *om. Y* | confusione] confessione *V* **5** suo] sua *W* **7** Frvc̄t *STVW*, *om. Y* **8** ex *om. Y* **9** discretione] discretio *S*[a.c.] | quid] quod *V*

---

**12** Peccatum…14 publicare] *Ben.An. Concordia reg. 36.1.5–6 (ed. Bonnerue, 309, lines 10–13); Ben.An. Codex reg., Ben. 46 (eds Holste–Brockie, 128), final part; Ben. Regula 46.5–6 (ed. Hanslik, 122): adapted* **XV,1** VT…3 CONFITEATVR] *unidentified* **4** Nullas…6 sacerdoti] *John Cassian Collationes 4.9 (eds Petschenig–Kreuz, 53, lines 9–11)* **7** Cogitationes…9 adtendat] *Ben.An. Concordia reg. 15.6.1–2 (ed. Bonnerue, 148, lines 75–80); Ben.An. Codex reg., Fruct. 13 (eds Holste–Brockie, 204), partial; Frvctvosvs Regula 12 (ed. Campos Ruiz, 151, lines 255–58): rearranged, adapted* **XVI,1** QVALEM…2 POENITENTIAE] *unidentified*

---

**10** auferre…exportare] auferte et exportate *(tr. Codex reg.) fons* **12** Peccatum…latens] Si animae vero peccati causa fuerit latens, tantum abbati aut *fons* **13** est patefaciendum] patefaciat *fons* | sciunt] sciant *Ben.An.*, sciat *Ben.* | sua] et *praem. Concordia reg. et Ben.* **XV,4** Nullas] Ad quod ut facile valeant pervenire, consequenter instituuntur *praem. fons* **5** debet christianus *non praebet fons* **6** manifestare sacerdoti] patefacere seniori *fons* **7** Cogitationes…9 adtendat] Omnes actus sive occasionum necessitudines suo semper necesse est ut monachus referat patri et ex illius cognoscat discretione vel iudicio quod *(*quid *Ben.An.)* adtendat. Cogitationes, revelationes, inlusiones et neglegentias proprias seniori nullus obcelet verecundia vel incuria *(*iniuria *Ben.An.)* faciente vel contumacia perurgente *fons*

Basilivs Secundum modum culpae causamque peccati discretionem habere debent sacerdotes et rectores ecclesiarum dei in iudicandis subiectorum delictis, ut quanto tempore vel quali modo poenitere debent hi qui excedunt sive secundum cogitationem, sive secundum verbum, sive secundum actum, et sive secundum aetatem, sive secundum eruditionem et intellegentiam, sive secundum ignorantiam, sive secundum ordinem ecclesiastici gradus et officii, sive secundum premeditationem an subitaneo casu, an odio an levitate, an consuetudine an repentino lapsu, et cetera talia.

Quapropter oportet sacerdotem divinarum scripturarum habere eruditionem et doctrinam, ut sciat unicuique peccanti ex earum instructione medicamenta poenitentiae tribuere, et in omnibus omnino excessibus congruam adhibere poenitentiam. Cui summa discretione providendum est, ne gravia pro levibus inferantur aut e contrario pro maximis levis et parva poenitentia erogetur.

***STVWY*** XVII. QVALIS ESSE DEBET SOLLICITVDO CIRCA POENITENTES.

Frvctvosvs Omni cum sollicitudine et industria curam gerere debet sacerdos populique rector circa poenitentes: quomodo, qualiter quantumque deflent commissa, vel quibus modis, ieiuniis, orationibus, elemosinis, ceterisque sanctis insistunt operibus, vel si abstinent se a malis et inlicitis verbis et operibus. Et ut semper a peccatis et vitiis recedant, et in

---

**3** Basił *STVW*, Basiłi *Y* | Secundum] Seculum *Y*[a.c.] **5** debent] debeant *T*[p.c.] | hi] his *Y* **6** sive[2] – verbum *bis repetit W* | sive[2] – **7** aetatem *om. V* **7** et *om. T*[p.c.]*Y* **8** et – ordinem *om. V* | secundum ignorantiam *tr. W* **12** oportet sacerdotem] sacerdotem *Y*[a.c.], sacerdos *Y*[p.c.] | habere] debet *add. Y* **13** peccanti] peccatori *V* **15** Cui] Cum *W* **16** levibus] levioribus *Y* | inferantur] inferatur *S*[a.c.], inferat *T*[a.c.]*V* | pro maximis] proximis *Y*[a.c.] **17** erogetur] irrogetur *T*[p.c.] **XVII,1** DEBET] DEBEAT *W* **2** Frv̄ct *SV*, Frv̄c *T*, *om. codd. cett.* | Omni cum] Omnium *T*[a.c.] **3** quantumque] quantum *Y* **4** deflent] defleant *T*[p.c.] **5** abstinent] abstineant *T*[p.c.] **6** Et *om. T*[a.c.] | Et – semper] Ut semper et *W*

---

**3** Secundum… 11 talia] *Smaragdvs, Exp. in Ben.Reg. 24 (eds Spannagel–Engelbert, 219, lines 18–23): adapted. Cf. Basil Regula 194 (ed. Zelzer, 212)* **12** Quapropter… 14 tribuere] *unidentified* **14** et… 17 erogetur] *Ben.An. Concordia reg. 31.10.8–9 (ed. Bonnerue, 270, lines 146–52); Ben.An. Codex reg., Fruct. 15 (eds Holste–Brockie, 205), partial; Frvctvosvs Regula 14 (ed. Campos Ruiz, 153, lines 293–97): adapted* **XVII,1** QVALIS… POENITENTES] *unidentified* **2** Omni… 8 erigat] *unidentified*

---

**3** Secundum… 11 talia] Secundum modum culpae et excommunicationis vel disciplinae mensura debet extendi. Interrogatus beatus Basilius 'qualibus correptionibus uti oportet inter fratres ad emendationem eorum qui delinquunt', respondit: Hoc sit in iudicio positum eorum qui praesunt, vel quanto tempore vel quali modo corripi debeant, quia et aetas et eruditio multam haberi facit differentiam poenae *fons* **14** omnino *non praebet Codex reg.*, monachorum *add. fons* **15** excessibus] excessionibus *Ben.An.* | congruam… 16 est] congrua animadversio adhibenda est secundum abbatis et seniorum iudicium, conveniens neglegentiae, aetati sive personae eritque summa discretione providendum *fons* **17** poenitentia] ultio *fons*

sacrosanctis sint intenti studiis; non solum verbis predicet, verum etiam oratione et exemplo adiuvet ut iacentem erigat.

***STVWY*** XVIII. POENITENTEM EX CORDE QVOMODO OPORTET SVSCIPI?

Basilivs Poenitentem ex corde ita oportet suscipi sicut dominus ostendit cum dicit quia: *Convocat amicos et vicinos dicens: Congratulamini mihi, quia* *Lc 15:6, 15:9* *inveni ovem meam quam perdideram*.

***STVWY*** XVIIII. ERGA EVM QVI PRO PECCATO NON POENITET, QVALES ESSE DEBEMVS? BASILII EPISCOPI.

‹Basilivs› Erga eum qui pro peccato non poenitet tales esse debemus sicut dominus precepit dicens: *Sit tibi sicut* gentilis *et publicanus*; et sicut *Mt 18:17* apostolus docuit dicens: *Subtrahite vos ab omni fratre ambulante* *2 Th 3:6* *inordinate et non secundum traditionem quam* tradidimus vobis.

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

---

**7** sacrosanctis – intenti] sacrosancti intentis *Y* | sint] sunt *W* | verbis] verbo *Y* | etiam *om. W* **8** oratione] orationem *Y*, ratione *V* **XVIII,1** POENITENTEM] PENITENTES *Y* **2** Basił *SW*, Bās *Y*, *om. codd. cett.* | ita] quomodo *W* **XIX,1** NON POENITET *om. Y*[a.c.] **2** DEBEMVS] DEBEAMVS *VY*[a.c.] | BASILII EPISCOPI *om. VY* **3** Basili' *V*, Basił *Y*, *om. codd. cett.* | Erga eum] Ergo ei *V* **5** ambulante] ambulate *Y*[a.c.] **7** PRIMVS] I *Y*

---

**XVIII,1** POENITENTEM…4 perdideram] *Ben.An. Concordia reg. 76.7 (ed. Bonnerue, 660, lines 87–90); Ben.An. Codex reg., Basil 27 (eds Holste–Brockie, 81); Basil Regula 27 (ed. Zelzer, 75)* **XIX,1** ERGA…6 vobis] *Ben.An. Concordia reg. 37.5 (ed. Bonnerue, 317, lines 62–7); Ben.An. Codex reg., Basil 28 (eds Holste–Brockie, 81); Basil Regula 28 (ed. Zelzer, 75)*

---

**XVIII,2** Poenitentem…suscipi] *haec verba interrogationem (*Paenitentem ex corde quomodo oportet suscipi?*) repetunt* **3** Convocat] convocavit *fons* **XIX,1** QVALES] QVALITER *fons* **3** Erga…debemus] *haec verba interrogationem (*Erga eum qui pro peccato non paenitet qualiter esse debemus?*) repetunt* | tales] qualiter *fons* **5** ambulante inordinate] inquiete ambulante *fons*